UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Pastorum Continens Doctrinas, & Industrias ad Pastorale Munus piè, fructuosè, ac securè obeundum pertinentes, Unà cum Casibus frequentiùs circa idem Officium occurrere solitis, & ex communiote ...

Lohner, Tobias

Dilingæ, 1678

§. V. Linea recta Affinium Mariti.

urn:nbn:de:hbz:466:1-49267

Visual Library

3. Affinitas cum conjuge intra ſecundum gradum contra-cta impedit petitionem debiti juxta communem ſententiam Doctorum.

§. IV.

Regulæ pro computatione graduum affinitatis.

Prima Regula. In primo genere affinitatis tot gradibus inter ſe diſtant affines, quot gradibus diſtant ab uxore vel marito conſanguineo; hinc ſi Petrus ducat Annam, Soror Annæ eſt affinis Petri in primo gradu, quia hæc Soror cum Anna eſt in primo Conſanguinitatis gradu conjuncta.

Secunda Regula. In ſecundo genere affinitatis perſona addita perſonæ per carnis copulam mutat genus, non gradum; Hinc ſi Petro marito mortuo Anna illius uxor nubat Paulo, frater Petri erit quidem in alio genere affinitatis conjunctus Paulo, quàm ſit conjunctus Annæ, erit tamen tam bene conjunctus in primo gradu Paulo, quàm Annæ. Unde alij clariùs exprimunt hanc regulam tali modo. In ſecundo genere affinitatis talis perſona per ſecundam copulam addita, in eodem eſt affinitatis gradu cum conſanguineis uxoris vel mariti, in quo fuerat perſona primò copulata ijs conjuncta.

§. V.

Linea Recta Affinium Mariti.

Titius &	Abavus, Abavia	4
	Proavus, Proavia	3
	Avus, Avia	2
	Pater, Mater	1
	Uxoris	
	Liberi	1
	Nepotes	2
	Pronepotes	3
	Abnepotes	4

Nota eodem modo poſſe pro affinibus uxoris lineam ſtatui, imò ex hoc ipſo ſtatim cognoſci, dummodo loco Uxoris fingatur poſitus eſſe Filius, & Uxor loco Titij.